136, 5. X

JAHRESBERICHT

ÜBER DAS

KÖNIGLICHE FRIEDRICHSKOLLEGIUM

ZU KÖNIGSBERG IN OSTPREUSSEN

von Michaëlis 1844 bis Michaëlis 1845.

Womit

zur öffentlichen Prüfung

Montag, den 13. Oktober, Nachmittags von 2 Uhr

und

Dienstag, den 14. Oktober, Vormittags von 8, Nachmittags von 2 Uhr an

einladen

Direktor und Lehrer der Anstalt.

Voran eine Abhandlung von Dr. Zander: de vocabulo *AYO*. Dissert. II.

Königsberg, 1845.

Gedruckt bei E. J. Dalkowski.

4Ko 23 (1845)

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Uebersicht der Prüfung.

Montag, Nachmittag.

VI. 1. Religion. Dr. Hübner.
2. Botanik. Oberl. Ebel.
3. Latein. Derselbe.
V. 4. Rechnen. Dr. Zaddach.
5. Latein. Dr. Zander.
6. Deutsch. Derselbe.
IV. 7. Griechisch. Professor Lentz.
8. Geographie. Dr. Lewitz.
9. Latein. Derselbe.
10. Gesang. Musikdirektor Neubert.

Dienstag, Vormittag.

III. 11. Religion. Prediger Simson.
12. Deutsch. Prediger Simson.
13. Griechisch. Professor Hagen.
14. Latein. Professor Merleker.
II. 15. Geschichte. Dr. Basse.
16. Griechisch. Derselbe.
17. Französisch. Dr. Zander.
18. Naturkunde. Dr. Zaddach.
19. Latein. Professor Hagen.
I. II. 20. Hebräisch. Pred. Simson.

Dienstag, Nachmittag.

21. Mathematik. Prof. Lentz.
22. Latein. Prof. Hagen.
23. Griechisch. Der Direktor.

Am Schluss der Prüfung wird der Primaner W. Kuhn eine selbstverfertigte Rede halten.

Der neue Lehrkursus beginnt den 22. Oktober.

DE VOCABULO ΔΥΟ.

DISSERTATIO II.

Edidi anno MDCCCXXXIV dissertatiunculam de vocabulo *δύο* usu Homerico Hesiodeoque et Attico inscriptam, qua quidem, „ut sint quae tollere velis", probavisse mihi videor, ab usu formae *δύω* producta ultima Atticos non fuisse prorsus alienos. Quamquam ibi inchoatum magis quam profligatum et absolutum, praelusum magis quam peractum et evictum est. At enim vero parum prospectum est ejusmodi res scrutaturis ab editoribus veterum auctorum. Quoties enim copia scripturae e codicibus enotatae destituimur, quoties ne de eo quidem certiores nos faciunt viri docti, quid illorum auctoritati, quid ingeniorum suorum theorematis non raro captorum acumini acceptum referamus! Duo equidem velim editionum genera distincta et prorsus segregata: alterum quasi diplomaticum quoddam, non nisi in scripturis codicum nisum, uno eorum quantum fieri potest optimo integro exhibito, lectionibus ceterorum, ubicunque discrepent, ingenue subjunctis, et conjecturarum profanum vulgus ab hoc quasi adyto arcens, ad usum grammaticum hoc quidem accommodatum; alterum intellectum magis respiciens, locos obscuros illustrans, affectos curans, medelis ex omni literarum antiquarum provincia arcessitis, vero deficiente verisimile non aspernans, virorum et doctorum et ingeniosorum, pronorum ad conjecturas, quibus ubique non nisi mediocriter utendum, campus: cujus generis usus late quidem patebit, sed iis potius erit, qui paratis et expeditis fruituri, quam iis, qui nondum expedita enucleaturi sunt. Illius vero generis editionum quantulus est numerus! Egregie quidem meritus hic in primis Bekkerus, cui, quicunque in his rebus elaborat, pro sua parte summam gratiam non potest non habere; sed quum omnes scriptores classicos edere non potuerit, tum in iis, quos edidit, aliquantum operis, quippe primus fere hujus artis antistes, reliquit. Atque multi auctorum veterum conjecturarum earumque magnam partem praeproperarum fuco iterum iterumque adhibito adeo quasi onerati sunt, ut nativum eorum candorem recognoscere multifariam frustra conemur *). In iis, quae ad hanc corruptelam fecerunt, non minimi momenti illud putandum est, quod criticorum bona pars, si qua lex grammatica ab uno aliquo e principibus artis bene constituta esse visa fuerit, auctores suos secundum eam protinus judicarunt, et singulos eorum locos libris manu scriptis saepe refragantibus, ad eam accommodarunt. Et sic, postquam Rich. Davesius (Miscell. critic. pag. 347.) formam *δύω* ab Atticis abjudicavit, plerique eam, ubicunque apud illos legerent, in *δύο* mutaverunt, interdum quasi e supervacuo, libros *δύω* habere, apponentes, saepe vero etiam hac mentione se supersedere posse rati. Quod et ipsum in editionibus tragicorum haud raro factum videmus, tragicorum, de quibus una cum Aristophane deinceps acturus sum. Nam quum in eo, de quo initio memoravi, libello soluti tantum sermonis Attici auctores recensui, nunc primo poetas Atticos, h. e. scenicos, in idem discrimen agere animus est.

Ac de tragicis quidem dubitet fortasse aliquis, num illam Davesii observationem cadere in eos viris doctis placuerit; quoniam eos non in melicis tantum, sed in diverbiis quoque formis, quarum Attica dialectus insueta erat, usos esse neminem lateat. Hic audiat formam *δύω* e tragoediis saepissime, tantummodo quia Attica non sit, removentes, Porsonum ad Euripid. Orest.

*) Praestant propterea editiones veterrimae, librariorum auctoritatem magis quam artem sequentes, ita ut nonnullae earum pro codicibus paene sint.

v. 1150 „sed *δύο* semper Attici"; Martinum ad Soph. Antig. 55 (illo in brevi dicto nitentem) „ceteri codices omnesque editiones veteres *δύω*, quam formam Atticis prorsus insolitam fuisse docent Brunck. et Porson. ad Eur. Or. 1550"; Bothium ad Eur. Hel. 1090 (1040 suae ed.), eodem Brunckio ad Eurip. Or. 857 excitato *), „*δύω*, quod inusitatum Atticis est", alios **). At est etiam Attica forma personae alterius sing. indic. pass. in — *ει* desinens; quod ubi innotuit, statim illa forma etiam in tragicorum libros irruere; jam vero paullatim se recipere debuit. — Multo igitur sapientius, quia cautius, Valckenarius ad Eur. Phoeniss. v. 585: „alter recte *δύο*: haec enim fuit Atticis usitata ratio, quod monuit Rich. Dawes Misc. Crit. p. 347. Tragicis saepe restituenda." — Diserte de utroque sermonis genere edicendum fuit. Quod factum est in thesauro Henr. Stephani a Dindorfiis et Hasio edito v. *δύο* tom. II. p. 1715: „Alius Atticorum quum ligatae tum solutae orationis scriptorum mos fuit, quos constanter *δύο* forma usos esse certissima ratione ex eo colligitur, quod quum innumerabilia exempla sint poetarum quae *δύο* vel ferant vel postulent, nullum dum inventum est quod *δύω* formam tueretur ***)." Ubi quum grammaticorum veterum de ea re praecepta et e recentioribus plurum formam *δύω* damnantium sententiae afferantur, miror quod contrarium confirmantium mentio facta est nulla; id quod etiam a plerisque eorum, quos supra enotavi, male neglectum est. Nam Brunckium, Porsonum, Valckenarium laudare solent praeter Davesium, Marklandum, qui ad Eurip. Iph. Aul. v. 1247 *δύω* Atticis usurpatum esse credit, Fischerum ad Vell. II. p. 155 sqq. uberius in hanc partem disputantem, non solent †). Et tamen Fischerus vel maxime audiendus est ††). Et si praeterierunt, his quidem melius fuit, quam si memoraverunt. Nam Vauvilliers, qui ad Soph. Aj. v. 319 Davesio contradicere ausus erat, a Brunckio ad Aristoph. Ran. v. 1401 non sine ira et studio perstringitur.

Verum jam ad locos tragicorum et subinde Aristophanis ipsos progrediamur.

Recensendi hic ex eo, quod indicavimus, consilio primum ii tantum, qui vocabuli nostri primum aut quartum casum continent.

Quos antequam enumerem, monendum est, editiones impraesentiarum usitatos paene ubique *δύο* exhibere, ita ut secretione, qualis Homericorum versuum fuit, hic non opus sit; discrepantia librorum quum impressorum tum manu scriptorum si qua erit inventa, continuorum locorum singulis addetur. *Δύω* bis excusum invenio in Euripidis editione stereotypa (Lips. Tauchn. 1823): Hel. v. 1099 (1090 Matth.) *καὶ βλέπω δύω ῥοπάς*, et Cycl. v. 397 (396 Matth.): *φῶτε συμμάρψας δύω*. Sequuntur loci Aeschyli, Sophoclis, Euripidis juxta positi, quo facilius comparari possint, et quid cuique peculiare sit, quid omnibus commune, percipi †††).

*) quem locum etiam Matth. ad hunc Eur. versum laudat, una cum nota Brunckii ad Arist. Ran. v. 1405 (1401 B.).

**) iis, quos ego p. 38. dissertationis meae et Matth. Gr. Gr. p. 262 attulimus, addendus est Bekkerus in indice Aristoph. v. *δύο*: „*δύο* usurpant Attici, nunquam *δύω*."

***) jam vero confunduntur, quae modo, ut par erat, divisa vidimus. Nam propter ea, quae supra de tragicorum more protulimus, ex illis orationis solutae scriptores judicari non possunt; ex Aristophanis usu possint. — Caeterum, quum paullo post ad Schneiderum (ad Plat. Reipubl. II. p. 101.) auctor doctissimus provocet, id non negligendum, huic formam *δύω* a Platone (non prorsus, sed) „fere" abjudicandam videri.

†) Dindorf. ad Aristoph. Ran. v. 1401 eum affert.

††) Grammaticis veteribus, quibus utitur, addendus Choeroboscus in Bekk. Anecd. p. 1248: *τὸ δὲ δύο καὶ διὰ τοῦ ο γράφεται, καὶ διὰ τοῦ ω, καὶ κοινῶς μὲν διὰ τοῦ ο γράφεται, Ἀττικῶς δὲ διὰ τοῦ ω καὶ ἀναλόγως τῷ δυικῷ ἀριθμῷ. Τὸ γὰρ ω τελικόν ἐστι τῆς εὐθείας τῶν δυϊκῶν.* Et Philemon §. 61, p. 24: *Δύο· οἱ μὲν πληθυντικῶς κλίνοντες διὰ τοῦ ο μικροῦ τὸ δύο προφέρουσι, τὰ δύο τοῖς δυσί, οἱ δὲ δυϊκῶς διὰ τοῦ ω μεγάλου, τὼ δύω τοῖν δυοῖν.*

†††) In subsequentibus propter solam duplicem terminationem eo quasi sumtu opus non fuisse, probe scio. At suo loco fructum inde capturus sum.

I. ΔΥΟ δυϊκῶς usurpatum.

1) Nominativ.

Apud ***Aeschylum:***	Apud ***Sophoclem:***	Apud ***Euripidem:***
Choeph. 207 (204)*): δύ' ἐστον τώδε περιγραφὰ ποδοῖν**).	Oed. Col. 534 s. (530): δύο δ' ἄτα, sic enim Dind. Herm. Martin. Ellendt. in lexico; codicum et editorum altera pars, ut Elmslej. Reisig. ἄται, pro ἄται, monente Martino. Locus melicus.	
	Ant. 55: ἀδελφὰ δύο ... αὐτοκτονοῦντε τὼ ταλαιπώρω, verbi plurali numero sequente, κατειργάσαντ'***). Plerique codd. δύω, multae edd.; sic etiam Fischerus l. c. hunc versum laudat.	Iph. A. 1258 (1234): σ' ἀντόμεσθα δύο φίλω· „δύω Ald. reli. et codd." (hoc est, ut videtur, omnes) Matth. Etiam Dindorf.: „δύω libri." δύω τέκνω malebat Markl. Cod. Florent. unus ἀντόμεθα pro ἀντόμεσθα, quo posito δύω necessarium esset.
	[fragm. a schol. ad Aesch. Pers. 181 (179) laudatum: ἐδόξατην μοι τάδ' ἠπείρω μολεῖν, e conjectura Pors. sic scribendum: ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μ. cf. Bekk. ad Arist. Eq. 1347.]	Hel. 995 (986): κεισόμεσθα δὲ νεκρὼ δύ' ἐξῆς.
		El. 1070 (1067): δύο δ' ἔφυτε συγγόνω, ἄμφω ματαίω, — ἀξίω. Ed. Brubachiana δύω.
		Fragm. Archel. XXXVI (p. 94 Matth.): δύο κἀχώ (appos. ad duo singularia).
Pers. 181 (179): ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε. — Codice Medic. μοι omittente, Salvin. scribit ἐδοξάτην δύω γυναίκ' εἰείμονε testibus Lange et Pinzger.	Philoct. 335 (339): ἀνδρὲ γὰρ δύο | †) ὁ μὲν .. ὁ δὲ .. χωρεῖτον. Sic unus tantum codex, omnes ceteri δύω.	
	Oed. C. 534 (530): αὗται δε δύ' ἐξ ἐμοῦ .... παῖδε. Martinus παῖδες. Loc. mel. —	
		Fragm. incert. III, b. v. 11 (p. 364 Matth.): ὅταν δὲ συμμιχθῆτον.. δύο | τίκτουσιν.
		Hipp. 392 (387): οὐκ ἂν δύ' ἤστην ... ἔχοντε.
	Oed. R. 1492 (1505): ὀλώλαμεν δύ' ὄντε.	Ion. 530 (520): δύ' ὄντ' εὖ πράξομεν.
	Ant. 976 (989): ἤχομεν ... δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε.	

2) Accusativ.

Ant. 529 (533): τρέφων δύ' ἄτα κἀπαναστάσεις. Sic Martin. Dind. Herm. cet. Reisig. ad Ant. 523	El. 1040 (1037): νυμφὰ δύο | ἐν... κατεῖχ' ὁμοῦ ††). Veteriores editiones et codd. ut videtur

*) Numeri priores, nomina tragoediarum sequentes, editionum vulgatarum sunt; alteri uncinis inclusi apud Aeschylum editionis Schützianae, apud Sophoclem editionis Hallensis, varietate lectionis copiosissima a Martino instructae, apud Euripidem ejus, quam Aug. Matthiae curavit.

**) Non recte, ut videtur, Schützius hunc versum spurium judicat. Primum enim eum tuetur Eurip. Electr. v. 534, qui non nisi eludendi causa scriptus esse videtur; inepte caeterum, nam similia esse possunt magnitudine diversa. Veteres vero similitudines earum quoque corporis humani partium respexisse, quarum nos non solemus, monstrat inter alia Eur. Tro. v. 1186: ὦ χεῖρες, ὡς εἰκοὺς μὲν ἡδείας πατρὸς κέτησθ', ἐν ἄρθροις cet. Deinde καὶ γὰρ, quo Sch. offenditur, optime se habet; scenae modo ne obliviscamur. Scilicet Electra choro ostendere vult, quomodo vestigiis pedum conspectis in spem praesentis fratris adduci possit. At diversa vestigia: quid igitur argumentationis justae primum erit? Ut duo genera eorum ad duos homines pertinentia cognoscantur, quo facto demum alteris exclusis alterorum similitudo intelligi poterit. In argumentatione vero particula nam suo loco est. Nostrates nämlich dicerent. Turbata Electrae mens, qua Bamberger haec explicari putat, non satisfacit per se; inepta enim proloqui in tragoedia turbato non liceret.

***) de hoc et similibus exemplis v. infra III, p. 6.

†) tali lineola finis versus indicatur.

††) Sic Matth. et plerique recentiorum, conjectura Davcs. pro vulgata et codicum lectione κατείχομεν, quae defendi tamen potest. Aut enim κατέχειν est obtinere, notione simplicis ἔχειν aucta, ut saepe; et Clytaemnestra,

praefert ἄτας, quod plures codd. et edd. cet. impertiunt; sequenti plurali concinnius. Prorsus similis ratio supra Oed. C. 534. —

omnes δύω, Dind. enim simpliciter: „libri δύω.“ —

Phoen. 1673 (1659): ἀλλ' εὐκλεές τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας. 2 codd. δύω.

Hec. 45: δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρὼ κατόψεται. 3 codd. δύω, 1 (Flor) νεκρούς.

Or. 1551 (1529): παρθένον τε καὶ δόμαρτα, δύο νεκρὼ κατόψεται. Hic non modo „vulgo δύω“ (Dind.), sed etiam omnes sic codd. praeter unum.

Iph. T. 490 (473): δύ' ἐξ ἑνὸς κακὼ συνάπτει.

Phoen. 591 (582): δύο κακὼ σπεύδεις. Sic 3 tantum codd.; omnes ceteri δύω. Priscianus, hunc versum excitans p. 542 et p. 562, priore loco δύω habet, altero δύο. — 1 cod. κακά.

ibid. 568 (559): δύο λόγω προθεῖσ' ἅμα. 2 codd. δύω, contra 2 λόγους et sic edd. vet.; plures λόγῳ, quo admisso δύο nude positum esset, et ad IV pertineret.

Ion. 603 (593): δύο νόσω κεκτημένος.

Fragm. Erechth. XVII, v. 36 (p. 167): καὶ τὴν τεκοῦσαν καί σε δύο θ' ὁμοσπόρω σώσει, quod Bekk. e lectione trium codicum: ὁμοσπόρων, dedit. Valck. ὁμοσπόρους. Grotius: δύω γ' ὁμοσπόρους.

(Schütz. fragm. 130, versus ab Arist. Ran. 1447 prolatus: βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω .. a scholiasta ad Aeschyli Myrmidonas refertur. Sed Euripidis esse multo probabilius.—)

Fragm. Telephi III (p. 339): βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα, versus ab Arist. Ran. 1447 prolatus, praeterea etiam ab Eusth. ad Iliad. π, p. 1084, 2, addente: ὃν στίχον Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ θείς; cf. id. ad Odyss. p. 28. — δύω 1 cod. Arist. Ab aliis aliis Euripidis tragoediis addicitur, vel etiam Euripidi prorsus abjudicatur. V. juxta. —

Sept. 478 (463): ἦ καὶ δύ' ἄνδρε. 4 codd. Vindobb. teste Schützio ἄνδρας.

Hel. 1103 (1094): δύ' οἰκτρὼ φῶτ' ἀνάψυξον.

Cycl. 397 (396): φῶτε συμμάρψας δύο | ἔσφαξ' ἑταίρων... Sic Both. tacite et Matth. codices non testatus, „vulgo δύω“ tantum addens. „Libri δύω“ Dind. — „δύω in edd. vett.“ Herm. Etiam ed. Tauchn. exhibet δύω.

Bacch. 365 (346): γέροντε δ' αἰσχρὸν δύο πεσεῖν. 1 cod. γέροντες.

Iph. A. 192: κατεῖδον δὲ δύ' Αἴαντε συνέδρω. Loc. mel.

quamvis objecti possessi pars, utpote altera ipsa illiarum duarum nympharum, tamen etiam subjecto possidenti se adnumerare potest, quippe omnia cum Agamemnone una possidens (cf. οἱ τύραννοι). Aut κατέχειν pro verbo neutro habendum, valens durare (cujus significationis exempla e Stephano Dindorfiano h. v. petenda), et νυμφὰ δύο (δύω) subjectum est. — Conjecturae si locus sit, fortasse etiam κατεῖχ' ὁ μὲν in mentem venire possit.

II. ΔΥΟ πληθυντικῶς usurpatum.

1) Nominativ.

El. 691 (701): δύο | Λίβυες . . ἐπισιάται.

Ph. 388 (377): τί δε κασίγνηται δύο; | ἢ που στένουσι ...
Herc. fur. 800 (778): ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς εὐναί. chor.
Fragm. Thes. VII, v. 5 (p. 356): γραμμαὶ δύο· | ταύτας ..
ibid. v. 11: γραμμαὶ γὰρ εἰσὶν ... δύο, | αὗται ...
Ion. 478 (469): σὺ καὶ παῖς... δύο θεαὶ ... ἱκετεύσατε. mel. —
ibid.: δύο παρθένοι.
Bacch. 274 (255): δύο γὰρ ... τὰ πρῶτ' ἐν ἀνθρώποισι. —

Trach. 536 (539): δύ' οὔσαι μίμνομεν.
Ant. 13: δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο | μιᾷ .. 2 codd. δύω.

Ion. 551 (541): δύο μίαν θαυμάζομεν.
Andr. 518 (508): δύο δ' ἐκ δισσαῖν θνήσκετ' ἀνάγκαιν. anap.
ibid. 693 (683): μὴ δύο σφαλῇτ' ἅμα.

2) Accusativ.

Fragm. 300 Sch. (ex Aristot. hist. an. IX, 49 depromtum): δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ.

Tro. 1275 (1256): ἵν' αὐτὸς λόγος ἔχῃ μορφὰς δύο|.

(Trach. 939 (943): εἴ τις δύο | ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται, potius ad IV pertinet, plurali ἡμέρας cum πλέους conjungendo.)
Fragm. incert. LVI, 3: εὐφρόνας δύο|.

Alc. 921 (922): δύο δ' ἀντὶ μιᾶς Ἅιδης ψυχὰς τὰς πιστοτάτας γε συνέσχεν (mox sequente duali διαβάντε). anap.
Hel. 1099 (1090): καὶ βλέπω δύο ὄψοπάς, uti Matth. prorsus tacite, quod eo minus probandum, quo magis hoc loco mss. in δύω concinant omnes, et edd. priores, testibus Dindorf.: „libri δύω“, Hermanno: „libri veteres δύω.“ Hic etiam in editione Tauch. δύω excusum.

Ai. 233 (237): δύο δ' ἀργίποδας χριοὺς ἀνελών. anap.

Bacch. 918 (876): ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ.
Phoen. 434 (423): κἄδωκεν ἡμῖν δύο δυοῖν νεάνιδας. 1 cod. inverso ordine: δυοῖν δύο νεάνιδας, quod metro repugnaret nisi δύω scriberes *).
ibid. 54 (55): τίκτω δὲ παῖδας παιδί, δύο μεν ἄρσενας. plures codd. δύω.
Alc. 251 (253): ὁρᾷ σε κἀμὲ, δύο κακῶς πεπραγότας.

Phil. 117: δύο φέρει δωρήματα.
ib. 424 (426): δύ' αὖτως δεῖν' ἔλεξας, οἷν ἐγὼ, protinus igitur duali sequente, ita ut hic versus jam ad III potius pertinere alicui videatur. Martinus et alii: δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας, sequenti οἷν concinnius, et ita ut hic locus voculam nostram mero duali adhibitam expromturus sit.

*) Placere hoc possit propter caesuram versum in duas aequales partes secantem, adamatam ab nostro ubi paria paribus respondentia uno versu comprehenduntur, quippe quae rerum aequabilem rationem etiam versus numero depingat.

III. *ΔΥΟ* utrumque simul numerum adsciscens.

Huic capiti adnumerandi non sunt primum ii loci, in quibus *δύο* cum duali nominis conjunctum verbi activi persona prima plur. sequitur, duali numero videlicet ea carente, unde Soph. Oed. R. 1492 (1505), Ant. 976 (989), Eur. Ion. 530 (520), jam supra propositi; tum ne ii quidem, ubi idem aut in verbis passivis, aut in altera et tertia cujusque vocis personis factum videmus, de qua re dixi jam dissert. superioris p. 50 et 51, quare etiam Eur. Iph. A. 1258 (1234), Hel. 995 (986); El. 1070 (1067); denique Soph. Oed. C. 534 (530), Ant. 55 supra habes; neque porro, ut videtur, ii, in quibus, enuntiato finito, numerus variat, in appositione et similibus, ita ut Soph. Phil. 424 (426) (siquidem altera lectio non praeferenda) Ant. 529 (533) (eadem conditione), Eur. Alc. 921 (922), fragm. incert III, b, v. 11 (p. 364) merito prioribus capitibus additi sint. Restant pauci loci Euripidis huc probabilius referendi; eique casus primi:

	Or. 1399 (1386): *ἦλθον δ' εἰς δόμους λέοντες Ἕλλανες δύο διδύμω.* mel. *δύο* 2 tantum codd., quorum ex altero Brunck. primus edidit, quem alii secuti sunt. Omnes ceteri codd. *δύω*, unus inverso ordine *διδύμω δύω.* ¶ *δύω* etiam scholiastes legit „*ταὐτὸν δύνασαι τὸ δύω καὶ τὸ διδύμω.*“ Dindorf. *δύο* ejicere mavult.
	Iph. A. 893 (876): *οἰκτρὰ πάσχετον δύ' οὖσαι.*
	Hel. 138: *τεθνᾶσι κοὐ τεθνᾶσι· δύο δ' ἐστὸν λόγοι.* Sic libri. *λόγω* suadebat Schaef. mel. crit. p. 16, et recepit Herman.

IV. *ΔΥΟ* neutro, quo definiatur, numero accedente usurpatum.

1) Nominativ.

	Fragm. Palamedis III. (p. 248): *στρατηλάται τ' ἂν μυρίοι γενοίμεθα, σοφὸς δ' ἂν εἷς τις ἢ δύ' ἐν μακρῷ χρόνῳ.*

2) Accusativ.

Trach. 939 (943): *εἴ τις δύο ‖ ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται*, v. supra II, 2.	El. 850 (849): *πολλοὶ μάχεσθαι πρὸς δύ'· ἀνδρ...*
	Supp. 145 (142): *τίς καὶ τίς, εἰπέ· δύο γὰρ ἐξαυδᾷς ἅμα.*
	Or. 545: *δύο γὰρ ἀντίθες δυοῖν.*

Restat unus locus ambiguus, Aeschyli Agam. 122: *ἰδὼν δύο λήμασι δισσοὺς ‖ Ἀτρείδας μαχίμους*, quem quibus *δύο — Ἀτρείδας* conjungendum videtur, supra II, 2 desideraverint. Alii vero, ut Abresch. *δύο λήμασι* connectunt, quo facto hic locus exemplum non flexi *δύο* exhiberet, de qua re post viderimus. Hic tantum sufficiet, pro *δύο* in eo *δύω* dari a Robortell. (minime ab Ald. quod Vell. dicit, teste Klausen). Hexameter autem heroicus est. —

Jam transire licet ad

locos Aristophanis *),

de quibus in universum, quod enumeratis locis tragicis praemisi, et ipsum dictum puta. Jambicae formae *δύω* viri docti etiam Aristophanem interdixerunt, non quidem sigillatim de eo, sed saepe eum respicientes de Atticis illam legem etiam ad plures ejus locos proponentes, prae ceteris Brunck. e. c. ad Nub. 481 (475): „quod (*δύω*) ut pro mendoso agnoscatur, necesse non est argumentis adstruere, Atticos *δύω* ultima longa nunquam adhibuisse. Sed ubi haec forma occurrit sine versus labe, hinc intelligere est, eam librariorum imperitiae tribuendam esse.“ Cff. notae ejusdem ad Eq. 133, 1347, et imprimis ad Ran. 1405, cujus jam supra mentio facta. Bekk. in indice Aristoph. v. *δύο*: „*δύο* usurpant Attici, nunquam *δύω*.“ Proinde in editionibus hodie vulgatis *δύω* non legitur; quare ut exempla ita paginae pro duabus hujus vocis terminationibus non secandae. Posterius tamen spatio suppetente hic ideo faciendum duxi, quo manifestior fiat ratio in codicibus scriptorum *δύω*, quum juxta suum cujusque locum positorum, tum omnium facile computabilium.

*) In proferendis iis numerus nomen comoediae subsequens vulgatus erit; uncinis praeterea includetur numerus editionis Bekkerianae, ubi diversus fuerit. Fragmenta secundum ed. Dindorf. laudabuntur.

I. ΔΥΟ δυϊκῶς usurpatum.

1) Nominativ.

Plut. 508: δύο πρεσβύτα, ξυνθιασώτα (initium versus Aristoph.) | 1 cod. δύω ... ξυνθιασώται.

Eq. 133: δύο τώδε πώλα (initium trimetri). | δύω cod. Ravenn., optimus, teste Bek., cum nonnullis aliis et editionibus veterioribus, et scholiasta.

ibid. 1000 (996): ξυνοικία δύο |. — | δύω cod. R. et sic vulgo (teste Brunck.).

Ran. 141: ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ τὼ δύ' ὀβολώ.

ibid. 1258 (1266) mel. δύο σοι κόπω, Αἰσχύλε, τούτω.

Nub. 1058 (1043): καὶ σωφρονεῖν αὖ φησὶ χρῆναι. δύο κακὼ μεγίστω. | δύω non modo e quinque codd. Bekk. quatuor, in quibus duo optimi (Rav. et Ven.), sed et multi alii.

Plut. 441: ἀλλ' ἄνδρε δύο γυναῖκα φεύγομεν μίαν; | δύω codd. non pauci, et Bekkerianorum duo. — (3 codd. ἄνδρες.)

ibid. 733: ἑξηξάτην οὖν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νέω. | δύω 2 codd.

Eq. 1349 (1347): εἰ δύο σοι λεγοίτην ῥήτορε, | ὁ μὲν ... ὁ δὲ. | vulgo καὶ νὴ Δία γ' εἰ δύω λεγοίτην ῥήτορε, manifesto e codd.

ibid. 982 (978) (chor.): οὐκ ἂν ἦστην σκεύη δύο χρησίμω. | cod. R. δύω, et sic vulgo in edd.

Fragm. inc. IX (495): ἥκετον πρεσβῆ [πρέσβη] δύο |. —

Plut. 484: ταύτῃ γε νῷν δε δύ' ἀποχρήσουσιν μόνω (1 cod. μόνοι, quod hunc versum capiti II. assignaret, plures inverso ordine ἀποχρ. δύο) | (ἀποχρήσουσιν δύω μόνω!)

Vesp. 693: ξυνθέντε τὸ πρᾶγμα δύ' ὄντε | ἑσπουδάκατον (vers Arist.).

ibid. 362: τὼ δὲ δύ' αὐτῶν .... τηροῦσιν ἔχοντ' ὀβελίσκους.

2) Accusativ.

Av. 320: ἀφῖχθαι δεῦρο πρεσβύτα δύο' | ἥκετον ...

Vesp. 928: τρέφειν δύναιτ' ἂν μία λόχμη κλέπτα δύο' | ἵνα ... | δύω 2 optimi codd. Bekk. R. et V. et sic vulgo.

Ach. 527 (501): πόρνα δύο' | κ. ... — | δύω Athenaeus.

Vesp. 1189: δύ' ὀβολὼ μισθὸν λαβών.

Fragm. Anagyr. XI (145): δύ' ὀβολὼ καὶ σύμβολον.

Fragm. Babyl. VI (48): ἤτουν .. ὀξυβάφω δύο.

Fragm. Cocal. IV (127): ἐκδότω δέ τις... δίφρω δύο |.

Eccl. 307 (chor.): πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον καὶ δύο κρομμύω.

Nub. 481 (475): ΣΩ. εἰ μνημονικὸς εἶ. ΣΤ. δύο τρόπω νὴ τὸν Δία. | δύω 1 cod. Bekkeri, 4 Brunck., 2 Dobr.

Ran. 1404 (1401): εἰσέθηκε καὶ .. νεκρὼ δύο, | οὗς... | δύω 2 optimi codd. Bekk. et sic vulgo in libris et edd.

ibid. 134: ἀλλ' ἀπολέσαιμ' ἂν ἐγκεφάλου θρίω δύο. | οὐκ ... — | δύω 3 codd. Bekk. (ex 5), in quibus duo optimi; praeterea plerique alii codices et editiones, veteriores omnes.

ibid. δύ' ἅρματ' εἰσέθηκε, quod pro duali mihi est tum propter subseques νεκρὼ δύο, tum collato proximo loco

Av. 1127: ἐναντίω δύ' ἅρματε. —

Accedit versus, quem supra jam inter Euripideos (et Aeschyleos) I, 2 legisti, apud Arist.

Ran. 1399: βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. | δύω cod. R.; (idem τέτταρας).

II. ΔΥΟ πληθυντικῶς usurpatum.

1) Nominativ.

Nub. 1180 (1164): μῦ ἡμέρα γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο. | Σ. οὐκ... | δύω 2 optimi Bekk. codd.; alter ἡμέρα.

Vesp. 709: δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων.

[in. Personis Pacis, omissis a cod. R.: οἰκεῖαι δυο Τρυγαιου.]

[Hypoth. Av. Aristoph. grammatici v. 1: *φεύγουσιν δύο τινὲς.*] —
Ran. 513 (516): *κὠρχηστρίδες ἕτεραι δύ' ἢ τρεῖς*, quamquam hic pluralis nominis non tam ad *δύο* referendus, quam ad conjunctum *δύ' ἢ τρεῖς*, et *δύο* ipsum numero accedente caret.

2) Accusativ.

Eccl. 1064: *ἀλλ' ἐγγυητάς σοι καταστήσω δύο* | *ἀξιόχρεως**). | cod. R. *δύω*.
Nub. 1187 (1171): *εἰς (ἐς) δύ' ἡμέρας.*
ibid. 1221 (1204): *ἐς δύ' εἶπεν ἡμέρας.*
Fragm. inc. XXIX (515): *δύο δραχμὰς ἕξει μόνας.*
Ran. 173: *δύο δραχμὰς μισθὸν τελεῖς;*
ibid. 176: *εἰ μὴ καταθήσεις δύο δραχμάς.*
Ach. 66: *μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας.* (Suid. *οὐ* pro *δύο*.)
ibid. 90: *δύο δραχμὰς φέρων.*
ibid. 161: *τοισδὶ δύο δραχμὰς τοῖς...*
ibid. 159: *τούτοις ἐὰν δραχμὰς δύο τις μισθὸν διδῷ*, ordine alio; quare Bekk. ex uno codice *ἐάν τις δύο δρ...*, praecedente Elmsl. —
Vesp. 52: *δοὺς δύ ὀβολοὺς* (Ald. Brunck. edd. pristinae et vulgaris). *ὀβολώ* Inver. cum cod. R. Port. Kust.). *ὀβόλω* Bekk. (codd. suorum mentionem non faciens, quasi in ipsis *ὀβόλω* sit.); tum ad dualem. —
Ran. 1409 (1406): *ἐγὼ δὲ δύ' ἔπη τῶν ἐμῶν ἐρῶ μόνα.* Pluralis hujus exempli numerus nititur in solo *μόνα* (nam *ἔπη* incertum), quod 2 codd. Bekk. bonae notae impertiunt; Bekk. vero *μόνον* ed.

Postremo etiam hic plures loci, in quibus *δύ' ἢ τρεῖς*:

Ran. 504 (507): *ἦψε κατερικτῶν χύτρας ἔτνους δύ' ἢ τρεῖς.*
Pac. 830 (795): *ψυχὰς δύ' ἢ τρεῖς.*
Lys. 1052 (mel.): *λαβεῖν μνᾶς δύ' ἢ τρεις.*
Thesm. 474: *δύ' ἡμῶν ἢ τρία κακὰ ξυνειδὼς.*

III. Mixti numeri praeter Plut. 441, 484, 733 et Vesp. 362, quos locos pro eo, quod tragicis hujus generis exemplis praemissum, jam supra proposui, exempla nulla.

IV. Nude positum

δύο bis legitur lectione non variante:

Av. 39: *ἕνα μὴν' ἢ δύο* | *ἐπὶ...*
Eq. 1186 (1183): *ἔχε καὶ πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο.* |

Praeterea *δύο* apud Aristophanem non legitur. — —

Jam quid ex his elenchis effici possit de forma *δύω* videamus:
1. E locis 4 Aeschyleis 1 *δύω* scriptum exhibere,
15 Sophocleis 3
45 Euripideis 12
56 Aristophaneis 14 majore minoreve codicum consensu *δύω* scriptum exhibere, nihil fere nos doceat; quum ex parvo exemplorum numero rationem concludere omnino difficile sit. Computatis tragicorum numeris (16 *δύω* inter 64 locos) id efficere possimus, non differre inter se hac re comoedias et tragoedias, ipsa quarta parte locorum in utrisque variante.

*) Lectionem veterum editionum *ἀξιόρχρεως*, dummodo codices eam agnoscant, plane retinendam duco cum Berg., nequaqnum cum Brunckio pro librarii errore habens. Haud raro enim Aristophanes jocatur, voces usitatas paullulum mutans, ita ut simul de ridiculo aliquo auditores submoneant (cf. *δωροδοκιστί* Eq. 996). Haec formatio *ἀξιόρχρεως* est tam salsa, quam insulsa Brunckii animadversio „sed sic oportuisset *ἀξιόρχεως*." Poeta enim aperte absistere non voluit a consueta dicendi forma *ἐγγυητὴς ἀξιόχρεως* ea causa ut ad *ὄρχεις* alluderet, sed utrumque conjungere.

2. Singulorum capitum si habeamus rationem, prima specie quisque movebitur, quod spatium dextrum juxta pluralis numeri locos Aristophaneos paene vacuum videt, juxta dualis numeri exempla quasi refertum. Ad tragicos si recurreris, eadem res erit: paucissimis pluralibus adscriptum *δύω* habebis, dualibus plurimis. Unde hanc formam jam non temere vagari, sed in duali quasi in provincia sua aliqua sedere apparet. Itaque eodem prorsus modo haec res in libris poetarum Atticorum se habet, atque in pedestribus (cf. dissert. I, p. 47).

3. Ut enucleatius spectemus, illorum dualium 2 sunt loci Aeschyli,
4 „ „ Sophoclis,
6 „ „ Euripidis,
9 „ „ Aristophanis,
in quibus elisam habes ultimam literam vocis nostrae. Qui quum ad *δύο* aperte pertineant, non ad *δύω*, iis, ubi *δύο* integrum est, aequiparari, ut videtur, non prorsus possunt: qua de re postea. Supersunt duales

Aeschylei juncti cum solo	*δύο* 0,	apparente *δύω* 1	
Sophoclei „ „ „ „	1,	„ „	2
Euripidei „ „ „ „	4,	„ „	11
Aristophanei „ „ „	6,	„ „	14.

Prius genus etiam magis rarescit, si, quibus locis constet, videmus. Fragmenta enim magnam partem illa sunt, ambiguitate scripturae una cum codicum collatorum copia carentia (cf. infra p. 10 in. et not.): 2 Euripidis, 3 Aristophanis. Ex reliquis sex locis Sophocleus (Oed. Col. 534: *δύο δ' ἄτα*) duali ipso non satis firmo fruitur, codicum et editorum multis *ἄται* praeferentibus, sicuti etiam altero loco Ant. 539, ubi *δύ' ἄτα* exstat, pluralis *ἄτας*, quem plures codd. suppeditant, Reisigio praestare videtur, et mihi propter eum, qui subsequitur, pluralem *κἀπανασταίσεις*. Euripideorum duorum restantium alter tertiae flexionis substantivum exhibet Bacch. 365: *γέροντε.. δύο* *), alter secundae, Ion. 603: *δύο νόσω;* ejusdem 2 loci Aristophanis iique melici Ran. 1258: *δύο κόπω τούτω*, et Eccl. 307: *δύο κρομμύω*, unus reliquus primae, Av. 320: *πρεσβύτα δύο.*

4. Operae pretium est, comprehendere etiam eos locos omnes, in quibus *δύω* scriptum vidimus, secundum tres declinationes substantivorum dualium cum *δύω* conjunctorum digestos. Ipsorum notas magnitudine distinguo, ut in quoque a majore minoreve librorum numero haec forma suppeditatur.

Decl. 1. *κλέπτα δ.* Aristoph. **Vesp. 928.** *δ. τώδε πώλα.* Eq. 123. *δ. πρεσβύτα* Plut. 508. (*πρεσβύτα δύο* sine formae discrepantia Av. 320). — *πόρνα δ.* Ach. 527. *ξυνοικία δ.* **Eq. 1000.**
νύμφα δ. Eur. **El. 1010.**

Decl. 2. *ἀδελφὼ δ.* Soph. **Ant. 55.**
δ. φίλω Eur. **Iph. A. 1258.** Phoen. 1673. *δ... συγγόνω* El. 1070. *δ. ὁμοσπόρω* (al. —*ους*) fragm. Erechth. *δ. νεκρὼ* **Or. 1551.** Hec. 45. Arist. **Ran. 1404.**
δ. λόγω (al. —*ους*) Eur. Iph. T. 490. *δ. κύβω* fragm. Tel. apud Arist. Ran. 1399.
δ. τρόπω Arist. Nub. 481.
δ. κακώ. Eur. **Phoen. 591.** Arist. Nub. 1053. (*δύο κακὼ* sine scripturae discrepantia Eur. fragm. Archel.) *θρίω δ.* Arist. **Ran. 134.**

Decl. 3. *ἄνδρε γὰρ δ.* Soph. Phil. 335. Aristoph. Plut. 441.
φῶτε δ. Eurip. **Cycl. 397.**
δ. λεγοίτην ῥήτορε Arist. **Eq. 1349.** *δ. δράκοντ'* Plut. 733.
δ. γυναῖκ' Aesch. Pers. 181.
σκεύη δ. Arist. Eq. 982.

Longe exsuperant exempla dualium secundae declinationis, quum summatim, tum apud Euripidem, et apud hunc quidem adeo, ut, quum novem hujus generis sint, singula tantum primae et tertiae declinationis habeamus, et ita, ut, altera duo tantum exempla ejusdem

*) unus cod. *γέροντες*, quod metro repugnat, sed si vis, sensum fuisse quendam librariorum demonstrat, *δύω* duali, *δύο* plurali numero magis esse cognatum. Cf. Arist. Plut. 441, ubi et *ἄνδρε δύω* et velut in diversam partem *ἄνδρες δύο* legitur; et Nub. 1180, de quo infra p. 10, not.

secundae declinationis in libris ejus inveniantur, in quibus cum duali δύο non variatum conjunctum sit, unum feminini generis (cujus supra nullum fuit), δύο νόσω Ion. 603, alterum neutrius, cujus paullo ante mentio facta, δύο κακὼ, idque ex fragmento tantum sumtum, quod quanti momenti sit, denuo hinc apparet, quod, quum in fabulis integris hoc exemplum bis exstet, a neutro loco abest forma δύω, a fragmento, ubi tertio illud occurrit, abest. — Unde merito colligatur, hanc ipsam formam δύω, quum societate quadam conjuncta sit cum omni duali numero, arctissimo tamen vinculo cohaerere cum duali secundae declinationis, figurae similitudine ipsi propinquo.

5. Stringamus etiam eos locos, quibus δύω juxta pluralem numerum scriptum legimus.

Aeschyli nullus.

Sophoclis unus: Ant. 13: ἐστερήθημεν δύω. Sic enim duo codd. Gravioris formae hic alicui usus fuisse videatur, quod, nomine accedente nullo, ipsa substantivi subjecti loco est. At apud Euripidem, apud quem solum exempla prorsus similia inveni, legitur terminatione non variante, δύο μίαν θαυμάζομεν Ion. 551. δύο δ' ἐκ δισσαῖν θνήσκετ' ἀνάγκαιν Andr. 518. μὴ δύο σφαλῆτ' ἅμα ibid. 693. ὅταν δὲ συμμιχθῆτον δύο | fragm. inc. III, b, v. 11., quorum locorum tertius et quartus δύω sane ferret, longa syllaba quum in illo locum tenere debeat, in hoc possit. Reliqua quinque vel sex exempla pluraliter usurpati δύο, et hoc cum nomine aut participio conjunctum, neque δύω scriptum exhibent.

Euripidis duo sunt (inter septem), uterque quarto casu, Phoen. 54 et Hel. 1099, alter quidem codicibus satis firmatus.

Denique Aristophanis duo inter duodeviginti pluraliter usurpati δύο exempla, alter nominat., alter accus., uterque parvi momenti. Aut enim hic codicum suffragia, quamvis optimorum Bekkeri, tamen altero loco Nub. 1180 duorum, altero Eccl. 1064 unius tantum, δύω ferentium, nullo numero putes, aut si putes aliquo, dualem pro plurali facile substituas. Nam illic eorum duorum codicum, qui δύω praestant, alter ipse pro ἡμέραι levissima mutatione ἡμέρα suppeditat*); hic pro ἐγγυητάς σοι, leviore etiam, simplicato modo sigmate, ἐγγυητά σοι scripseris.

6. Ergo forma δύω ut apud soluti sermonis Attici auctores, ita etiam apud poetas neque codicum satis firmo praesidio, neque ratione eget. Jam cum metro committenda est. Hinc enim totus, qui in eam datus est, impetus egressus. Quem in finem ex omnibus locis, ubi δύω legitur, quinque classes conficiamus.

1) Prima classis complectitur omnes eos locos, quibus pyrrichius et iambus pariter satisfacit, h. e.

a) in fine versuum iambicorum acatalectorum vel etiam trochaicorum catalecticorum (trimetrorum illorum, horum tetrametrorum), ancipite ultima. Hic igitur δύω aeque bene se habet ac δύο. Huc pertinent hi undecim loci, in quibus laudandis eam, quam supra (4.) introduxi, distinctionem servabo:

(Aeschyli nullus.)

Soph. Ant. 13. Phil. 535.

Eur. **Cycl. 397.** El. 1040.

Arist. Nub. 1180. Eccl. 1064. Eq. 1000. Ran. 134; 1404. Ach. 527. Vesp. 928.

At ne quis putet, ubique in fine versuum talium δύω inveniri; secundum ea enim, quae supra (2.) proposuimus, nullum δύω occurrit in fine reliquorum duodecim versuum in hoc vocabulum desinentium, Soph. El. 691. Trach. 939. fragm. inc. LVI, 3. — Eur. Phoen. 388. Tro. 1275. fragm. Thes. VII, 5 et 11. — Aristoph. Ran. 1404. Av. 39; 320. Eq. 1156. fragm. Cocal. IV. fragm. inc. IX**).

b) quavis alia sede iambica, sequente duplici consonante vel ῥ. Eur. **Hel. 1099:** καὶ βλέπω δύω ῥοπάς, ubi etiam δύο iambum explet (cf. Buttm. gr. p. 43, Herm. el. doct. metr. p. 46). — (Eur. Andr. 518: μὴ δύο σφαλῆθ' ἅμα, quamvis producenda sit ultima in δύο, nullum δύω e manuscriptis enotatum invenio.)

*) v. supra p. 9 not.

**) Quod inter hos decem et tres versus quinque fragmentorum sunt, denuo probat, quod de fragmentis supra p. 9. dictum est.

2) Arist. Plut. 441: *ἀλλ' ἄνδρε δύω γυναῖκα φεύγομεν μίαν;*
Eur. Iph. A. 1258: *καὶ πρὸς γενείου σ' ἀντόμεσθα δύω φίλω**).
Phoen. 54: *τίκτω δὲ παῖδας παιδὶ, δύω μὲν ἄρσενας,*
ibid. 591: *ἀπωλόμεσθα, δύω κακὼ σπεύδεις, τέκνον.*
Orest. 1551: *παρθένον τε καὶ ἅμαρτα, δύω νεκρὼ κατόψεται.*

Hic *δύο* in solutione longae syllabae iambi usurpatum cum brevi antecedente prioris vocabuli dum tibrachi modum explet, *δύω* cum eadem conjunctum anapaestum efficit. Qui in duobus prioribus certe horum quinque versuum nullam dubitationem habet, quum de comicis trimetris hoc omnino notum sit, anapaestum recipi omnibus in locis praeter ultimum (vid. Herm. el. doct. metr. p. 126), Euripidis Iphigenia Aul. vero anapaestis quasi redundet nec non in ipso hoc quinto pede, ut v. 492: *ἄφρων νέος τ' ἦν πρίν· τὰ πράγματα δ' ἐγγύθεν.* v. 653: *ἰδοὺ γέγηθ', ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν. τέκνον.* v. 656: *οὐκ οἶδ' ὅτι φῄς· οὐκ οἶδα, φίλτατ' ἐμοὶ πάτερ* (cf. etiam Herm. l. l. p. 123, segm. 15). — De duobus Phoenissarum senariis et de versu trochaico Orestis erunt qui dubitent. Verum hi meminerint, ne *δύο* quidem in arsi soluta positum in incorruptis antiquioris tragoediae versibus secundum eam, quam Herm. l. l. p. 124 proposuit, legem ferendum videri. —

3) Quid vero, si pyrrichium, quem *δύο* in arsi soluta collocatum explet, non correpta, sed producta syllaba in thesi praecedit, ita ut pro eo, quem modo descripsimus, tribracho, dactylus locum habeat? Quum etiam pro tali *δύο δύω* scriptum invenimus, num hoc sine versus labe factum esse potest? Potest, si monosyllabum pronuntiamus. Quod fieri posse tamdiu concedendum est, quamdiu *δυοῖν* monosyllabum Soph. Oed. R. v. 640 genuinum esse videtur, de quo agnoscendo nunc virorum doctorum plerique conveniunt, ut Martin. ad h. l. Herm. ad h. l. et el. doctr. metr. p. 53, Ellendt in lex. Soph. v. *δύο*, alii. Quodsi quis interesse aliquid dicat, quum vocalis *υ* genitivi *δυοῖν* accentu careat, nominativus *δύω* vero acutam eam habeat, itaque aliquanto difficilius cum insequente coituram; hunc ad exempla synizesis ab Hermanno utroque loco l. collecta relegamus, acutum *ύ* ei haud raro subjectum esse affatim ostendentia. Cf. etiam Buttm. gr. Gr. p. 110, not. — Qua ratione his locis scriptum *δύω* a metro iambico ferretur:

Soph. Ant. 55: *τρίτον δ' ἀδελφὼ δύω μίαν καθ' ἡμέραν.*
Eur. El. 1070: *Ἑλένης τε καὶ σοῦ, δύω δ' ἔφυτε συγγόνω.*
Hec. 45: *δυοῖν δὲ παίδοιν δύω νεκρὼ κατόψεται.*
Phoen. 568: *ἄγ', ἢν σ' ἔρωμαι, δύω λόγω προθεῖσ' ἅμα.*
ibid. 1673: *ἀλλ' εὐκλεές τοι δύω φίλω κεῖσθαι πέλας.*
Fragm. Tel.: *βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύω κύβω καὶ τέτταρα.*
Arist. Plut. 733: *ἐξηξάτην οὖν δύω δράκοντ' ἐκ τοῦ νέω.*
Nub. 481 (475): *ΣΩ. εἶ μνημονικὸς εἶ. ΣΤ. δύω τρόπω νὴ τὸν Δία.*
Eq. 133: *δύω τώδε πώλα· καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν;*
Nub. 1058 (1043): *καὶ σωφρονεῖν αὖ φησὶ χρῆναι· δύω κακὼ μεγίστω.*

Animadverti potest, in omnibus horum versuum tragicis, et in duobis prioribus Aristophanis, *δ.* in arsi tertii pedis sedere, et tantum unius trimetri Aristophanei in prima arsi, et in iambici tetrametri, ultimo loco positi, quinta. Neque mihi sane eo inclinat sententia, ut *δύω* hic, ubi vel in uno codice appareat, reponendum censeam. Sed uno et altero loco, codicibus postulantibus, fortasse synizesis ratio eo se commendet, quod vix probalibe videatur, hunc pronuntiandi modum, si quidem uti eo licitum fuerit, in vocabulo tam usitato, semel tantum reperiri. Accedit, quod e. c. in versu Sophocleo praeceptum, quod jam supra tetigi, Hermanni (el. doct. metr. p. 124) dissyllabo *δύο* obest**).

Ceterum etiam ii loci, a quibus anapaestus secundae classis abjudicandus videretur, huc vocandi essent.

*) Ad hunc versum rediturus est sermo infra cl. 4) p. 12.

**) De pluribus eorum, quos hic congessi, locorum disserentes, VV. DD. *δύω* a codd. *ἀμέτρως* scriptum esse adnotant; ut Brunck. ad Arist. Eq. 133, et idem manifesto volens, ad Nub. 481 (475); ita de eo, in quo substitimus, versu Ellendt. lex. Soph. v. *δύο*. Contra Fischerus ad Vell. II, p. 157, eundem sic affert, ut credidisse videatur, versum hac forma *δύω* non vexari.

Denique eadem ratio est δύω in thesi versuum anapaesticorum et dactylicorum collocati,
Aesch. Ag. 122: κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύω λήμασι δισσοὺς (hex. her.).
Arist. Plut. 508: δύω πρεσβύτα ξυνθιασώτα (an. dim.).

4) Tres priores classes eos omnes locos complectuntur, in quibus scriptura ceterum non variata utraque vocis nostrae forma aliquopiam modo locum habere potuit. Jam ad alios venimus, in quibus aliae versuum partes ambiguae sunt, et ita quidem, ut partim inde pendeat, utrum δύω an δύο admittendum sit. Sub oculos cadit, hunc esse rei cardinem: modo ut ambigua illa satis constituere possimus.

Aesch. Pers. 181 (179): ἐδοξάτην μοι δ. γυναῖκ' εὐείμονε, μοι a cod. Med. omittitur, quodsi merito, cum Salvino scribendum est

ἐδοξάτην δύω γυναῖκ' εὐείμονε.

At plerique codd. servant μοι.

Eur. Phoen. 434 (423): κἄδωκεν ἡμῖν δύο δυοῖν νεάνιδας, liber unus inverso ordine scribit δυοῖν δύο, pro quo tum δύω substituendum esset, δυοῖν in unius syllabae formam redacto (v. supra p. 11.):

κἄδωκεν ἡμῖν δυοῖν δύω νεάνιδας.

Et quamvis caesura haec secundam ea, quae supra p. 5 not. attuli, placuerit, tamen hic et in priore loco singulorum codicum auctoritas debilior sit, quam cui multum tribuatur.

Sed Arist. Eq. 1349 (1347) etiam vulgo sic legebatur:

καὶ νὴ Δία γ' εἰ δύω λεγοίτην ῥήτορε.

Disputans de hoc versu Brunckius et hic et ad Ran. 1401, duos codd. affert in quibus δύο scriptum sit, qua scriptura metrum violari et ipse vidit. Ad medelam igitur refugit, cujus ne vestigium quidem libri mss. suppeditare videntur. Nam quod addidit, σοὶ non nisi conjecturae debetur; nullius certe libri mentio fit, in quo legatur. Bekk., in textum suum recipiens, tantum a cod. R. (optimo illo) omitti tradit, reliquorum parum, ut videtur, curiosus. Idem hoc loco nullo verbo tangit, δύω a codd. exhiberi, qua de re alio loco (ad Ran. 1401) Brunckius certiores nos facit. Omisso vero illo σοὶ sententiae aliquid deesse nec mihi nec Reisigio persuasit. Ceterum hoc verso jam Vauvilliers usus est ad Soph. Aj. 319, quo formam δύω Atticis vindicaret (de qua re v. supra p. 2.).

Denique versus jam supra (2) tractatus hic retractandus est. Nam quum Eurip. Iph. A. v. 1258 δύω ab omnibus libris datum ad metrum sine ulla dubitatione convenire vidimus, jam ab eodem postulatur, si sequamur cod. Florent., pro ἀντόμεσθα ἀντόμεθα scriptum habentis:

ναὶ, πρὸς γενείου, σ' ἀντόμεθα δύω φίλω.

Et eodem modo se haberet Phoen. v. 591 (582), si pro ἀπωλόμεσθα scriberemus ἀπωλόμεθα:

ἀπωλόμεθα, δύω κακὼ σπεύδεις, τέκνον.

5) Restant duo loci, in quibus ambiguitas scripturae ex ambiguate metri pendet, alter Euripidis, alter Aristophanis, uterque scilicet melicus. Ut a posteriore incipiam, legitur Arist. Eq. v. 980 (976) seqq. in multis libris,

ὡς εἰ μὴ γένοιτ' οὗτος ἐν
τῇ πόλει μέγας, οὐκ ἂν ἦ-
στην σκεύη δύω χρησίμω
δοίδυξ οὐδὲ τορύνη.

Numeratur quidem hoc carmen choricum inter monostrophica ab Hermanno el. doct. metr. p. 730, segm. 11; ita ut is, de quo quaerimus, versus e respondentibus judicandus sit; et glyconeum in eo regnare quis est quin videat? Et perfecto, si praeter hunc versum nullus refragaretur, et ipse ad justam glyconei speciem redigendus esset reposito δύο. Sed moratur me primum, quod ea causa ter conjectura opus est in hoc carmine, a codicum indiciis libera; tum, quod primi horum quatuor versuum, quos transscripsi, prorsus eundem numerum esse video, qui tertii est recepto δύω, hunc videlicet: — — — ⏑ — — ⏑ —; denique quod etiam Dindorfio fatendum fuit, ad Hephaest. doctrinam hunc locum optimum esse. Praeter Hermannum vero etiam Porsono et Brunckio metri ratio δύο flagitare videbatur, huic quidem non suo jure; quum enim versum ex epitrito quarto et diiambo constare censeret, e primo diiambi pede spondeum pellere non licuit.

Euripidis locus, in quo δύω etiam majore codicum consensu gaudet, adstipulante etiam scholiasta, Orest. v. 1399 (1386)

ἦλθον εἰς δόμους, ἵν' αὖθ' ἕκαστά σοι λέγω,
λέοντες Ἕλλανες δύω διδύμω (διδύμω δύω c. Havn.)

pertinet ad carmen ἀπὸ σκηνῆς, ad ἀπολελυμένα, quae vocantur, referendum, et id quidem genus eorum, cui paromoeostrophico nomen increbuit; tractatum ab Herm. l. l. p. 777 seqq., et a Lachmanno de choricis systematis tragicorum Graecorum p. 230 seq. In quo quum versus noster respondentem non habeat, e metro, quae ad rem dijudicandam valeant, hic promi nequeunt. —

